

A M A E D E I
A P O N T E
Lombriasci,

CONDOMINI SERENIS.
Ducis Sabaudię Senatoris.

Quæstiones Laudimiales ex suo tractatu
feudali defumptæ.

*Quibus accessit ex eodem tractatu titulus, quis sit
index in causa feudi.*



AVGVSTA TAVRINORVM.
Apud hæredes Nicolai Beuilaquæ.
M D L X X V I I.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

ILLVST. ANDREAE
PROVANAE LAYNICI,
Domino Fruzasci, & Ballangerij
Comiti supremi ordinis An-
nunciatæ æquiti.

AMADEVS A PONTE. S. D.



Restantes eruditione uiri, & excellentis ingenij
laude clari, omnibus fere seculis dubitarunt, num
ea, qua aut ipsi ingenij sagacitate inuenissent, aut
ab alijs inuenta iudicio poliorum meliora fecissent,
aut obscura, & abstrusa fæliciore eloquendi facul-
tate expoliuissent, in lucem ederent; aut apud se
silentio internoritura retinerent. Hac eadem hesitatio me diu adeò
tenuit, (ut ingenuè fatear) ut nisi aliquot uirorum illustrium exem-
pli, amicorum hortatu, huic scrupulo restitissim, nunquam Andrea
Illustri nomen tuum his meis scriptis inseruisse: nec tibi munus hoc,
quantem quamcum est, dicarem, quo quantum uirinti tua deferam &
debeam, omnibus probatum esse uellem. cum enim Vicario magistratu
apud Astenses, quo tempore omnia bellico tumultu flagrarent. quin
quenmo defunctus esset: max uero inter potentissimos Galliarum, &
Hispaniarum Reges pacem conciliata, ac patria Duci nostro Serenissi-
more restituta ad Senatorum ordinem cooptatus: & paulo post inter pra-
tores ararij Principis (quod uulgo Cameram rationum uocant) ascri-
ptus, dum harum dignitatum supremo munere fungeret, incidi in mul-
ta axiomata, & pronunciata discutienda, qua perinebant ad prædia,
propter qua fides, & obseruantia quedam debetur (uulgo feuda vo-
cant) & potissimumq; ea qua ad Landimiorum materiam spectant.
In quibus examinandis, ac diligentí studio decidendis quam plurima,
tum priuato labore, tum eorum lectione, qua causarum patroni scri-
psit assent, in hoc argumentum collegi. Id uero prætores ararij nequa-

A M E D E I
A PONTE LOMBRIASCI
CONDOMINI SERENISS.
Ducis Sabaudie Senatoris,
Quæstiones Laudimiales, ex suo tractatu
feudali delumptæ.



Ccasione alienationis utilis dominij rei feudaloris, vel Emphyteutica directo domino solvantur laudimia, quorum materia frequens in patria nostra, communisq; hodie est feudo, Et emphyteusi, circa quam aliquot subiectam, quæstiones, imprimisq; quid uerbum ipsum significet, inquiramus.

Quæstio Prima.

LS T autem laudituij vox latinis scriptoribus incognita, à verbo tamen laudo vt cunque deducta, quod nouas emphyteuta, vel vassallus, alienatioque iuris emphyteutici, vel feudaloris in eum facta, a domino directo laudatur, & approbatur. Bar. in 1.fin.vers. dic ergo C. de præd. decur.lib. 11. Alex. consi. 1. 23. col. fin. versic. præterea. volu. 5. vbi dicit, quod soluitur laudimum pro consensu, quem pstat dominus. Paris de put. de feud. reinteg. c. 85. fuerunt. nu. 2. & 6. Afflic. inc. 1. §. similiter. nu. 14. de capitul. Conrad. & in tit. de prohib. feud. alien. per Feder. §. illud quoque. nume. 14. vbi alludens vocabulo, inquit, laudimum ex eo dici, quia dominus laudat, & approbat contractum, suum ponendo assensum, & ibi subiicit nonnullos, laudimum penam autem vocasse, & sicuti merces a merendo ære dicitur, ita laudimum a laudando, laudare enim plerunque significat approbare uerbo, vel scripto, aut re ipsa. Hinc in oratione pro sextio, Pompeus approbavit, & laudauit sensentiam Cottæ: & Plautus in trina inquit, Laudo consilium, & probo, quamuis magis dicamur verbis laudare, & re probare. Laudimum lex quinquegesimam uocat. 1.fina. C. de iur. emphyteu. Bud. in L. Hierennius, versu. cœterum. de euiction. dictum putat laudimum, eo quod emptor intra-

A

paucos